

FULM - JS - JS 05

Bosch

# PRO COLLE- GIO MONTIS

SION MAIORICEN, SOCIE-  
TATIS IESV,

## CONTRA

Don Johannem Zaforteza curatorem depositarium  
hereditatis Francisci Bosc, & alios litis  
confortes.



O A N N O T V S Bosc, suum condidit  
Testamentū penes Gabrielē Serra nott. Anno.  
1571. sub. 3. Februarij: in quo heredem vnu-  
ersalem instituit Franciscum Bosc, nepotē suum  
ex Fratre, cui si is heres non esset; vel esset, &  
decederet sine liberis; substituit, & sibi heredē  
instituit fratres dicti Francisci Bosc, sub iisdem  
conditionibus, maiorem minori præferēdo. Et,  
si fratres dicti Francisci heredes non essent; vel  
essent, & decederent sine liberis; substituit Eu-  
laliā Ballesterā, sororem suam: quæ si heres esset, vel non esset & obie-  
rit sine filijs, substituit Speranciam Garau, sororem suam, & suos.

Decessit Testator: & dictus Franciscus Bosc hereditatem adiit benefi-  
cio Inuentarij, & ipso vivente, eius frātres substituti dececerunt, nullis re-  
lictis liberis: obiit quoque dicta Eulalia Ballesterā, relicitis liberis. Decessit  
tandem dicta Sperancia Garau, nullis relicitis liberis: & in suo ultimo  
Testamento heredem suum vnuersalem scripsit eundem Franciscū Bosc:  
qui postea obiit sub 22. Novembris 1614. & suo Testamento heredes  
scripsit uniuersales, Patres Societatis I E S V, & eorum Collegium in  
Civitate Maioricens: ut constat Testamento condito penes Iohannotū  
Bonet nott. sub dictis die & anno. post cuius mortem, Collegium præ-  
dictum adiit hereditatem dicti Francisci Bosc, cum beneficio Inventarij;  
illāmque possedit per aliquod tempus, licet breve: quam postea, ad vi-  
tandam vexationem, ac molem creditorum, depositū penes Curiam:  
retento nomine heredis, unā cum iuribus sibi pertinentibus, & ad te-  
spectantibus.

Quæritur, an hereditas dicti Iohannoti Boscs p̄petet ad Mariannā Bosc  
y Aleñā, tanquam propinquiorem in gradu dictæ Speranciæ: vel libera-  
remanean-

remaneant bona eiusdem hereditatis penes dictum Franciscum Bosc: an vero spectent ad dictum Collegium, tamquam suum, dictæ Speranciæ per medium personam dicti Francisci Bosc.

Videtur dicendum, dictam Mariannam Bosc y Aleñana, nullum Ius habere ad dictum fideicommissum: sed bona dicti Ioannoti Bosc libera remansisse penes dictū Franciscum Bosc, rationibus sequentibus.

Primo, ex quo dicta Sperancia Garau, heredem instituit eumdē Franciscum Bosc, ex consequenti, ipse venit appellatione *Suorum*, dictæ Speranciæ; quia ubi adest causa testati; cessat causa intestati, iuribus vulgaris; & sic, non potest dicta Marianna in hoc casu venire appellatione *Suorum*: venisset autem, si dicta quidem Sperancia deceſſisset intestata. Remanserant ergo bona dicti Ioannoti Bosc, libera penes dictum Franciscum Bosc.

Secundo facit, quia iam circa rem, de qua modo agitur, fuit impositū silentium dictæ Mariannæ per dissimilitudinem Sententiam, latam ad relationem nobilis Don Raimundi Veri, Regij Consilij Doctoris. Nā Franciscus Bosc, dum in humanis agebat, causam movit contra dictam Mariannam, & alios litis consortes, prætextu jaſtantiae; quia (ut ipse dicebat) jaſtabant se esse vocatos ad dictum fideicommissum, tamquam propinquiores dictæ Speranciæ. Dictrus vero Franciscus Bosc prætendebat, se esse vocatum, tamquam heredem scriptum dictæ Speranciæ: & ex consequenti, jam habere bona dicti Ioannoti Bosc, libera. In qua līte, & controversia, fuit impositum silentium dictæ Mariannæ, & alijs litis consortibus: ut in dicta Sententia cernere licet. In qua, inter alia, dicitur, dictum Franciscum Bosc, de dicta hereditate, liberè disponere posse. Obstat ergo dictæ Mariannæ auctoritas Rei iudicata: & sic repelliendam esse constat. Tex. in l. cum queritur. cum duob. seqq. ff. de excep. rei Iudic. & in l. res Iudicata dereg. Iur. Ergo. etc.

His tamen non obstantibus, existimo dictum fideicommissum Ioannoti Bosc, spectare ad dictam Mariannam Aleñana; ex sequentibus.

Sed antequam ad ipsa veniamus; duas Prænotiones supponere oportet: unam, Iuris; alteram, facti.

Prima Prænotio Iuris est, Diversam esse rationem, quando pronomen *suis* ponit simpliciter, sine adjecto; vel, quando cum adjecto, videlicet, quando dicitur, *suos clientulos*, *suos familiares*, *suos heredes*. Hoc enim modo, secundum significationem adjecti, intelligitur quid veniat appellatione *Suorum*. Quare, merito, ubi in dispositione dicitur: *Subſituo Titum, & suos heredes*: intelligitur, de quibuscumque, etiam extraneis, in rebus de sui natura transitorijs ad extraneos: ut probat late Bart. & ceteri. DD. in l. Gallus. §. etiam si parente ff. delib. & posth. Micha. Graf. in §. hereditas. q. 11. n. 2 et. 5. Secus verò, quando simpliciter, absque adjecto, dicit in dispositione: *Subſituo Titum, & suos*. Nam tunc, prius intelliguntur illi, qui Iura *suijatis* habent: vel saltem descendentes sunt: deinde, iis deficientibus, intelliguntur propinquiores in gradu: ut recte adnotavit Iohan. Philip. in Cons. 18. n. 19. Æmili. Ferret. Resp. 3.

n. 1. &

n. 1. & Respon. 32. n. 2. Fontan. de paſt. nupt. clau. 4. glos. 9. p. 3. n. 40. Et licet Iaf. in d. §. etiam si parente. n. 12. vide attenere, idem esse, & si dicta & suos simpliciter: intelligitur tamen in contractibus: secus, in ultimis voluntatibus: ut infra patebit.<sup>2</sup>

Altera, facti est: dictum Franciscum Bosc, in primo gradu institutū, deceſſisse absque liberis: cui predeceſſerant ceteri substituti, ac substitutæ; ut concludenter probatur in Procesu: & habetur à partibus pro confesso. Ex quo fit, locum esse vocationi *suorum* dictæ Speranciæ Garau, fororis dicti Ioannoti Bosc testatoris. Ac etiam, tempore mortis dicti Franci. Bosc, remansisse propinquorem in gradu parentelæ dictæ Speranciæ Garau, dictam Mariannam Aleñana, neptem ex fratre dicti Ioannoti Bosc: ut in Procesu manifeste probatur.

His ita suppositis, certum esse existimo, bona dicti Ioannoti Bosc spectare ad dictam Mariannam Aleñana: eamque vocatam esse ad dictū fideicommissum; & sic, ipsam venire appellatione *suorum* dictæ Speranciæ, tamquam ipsi in gradu propinquorem. Et probatur ex sequentibus.

Primo, quia, in nostro Themate, pronomen, *suis*, ponitur sine adjecto. Quo fit, ut vocentur illi, quibus debetur intestata successio, & qui propinquiores sunt in gradu parentelæ. Iohan. Philip. d. Cons. 18. n. 19. Æmilian. Ferret. d. Resp. 3. n. 1. & Resp. 32. n. 2. Fontan. cit. n. 40. & alij infra citan. Sed dicta Marianna remansit propinquior in gradu dictæ Speranciæ, tempore mortis dicti Franci. Ergo ad eam spectat fideicommissum dicti Ioannoti Bosc.

Secundo: omissa illa Iuris strictissima significatione, *suorum*, qua solum veniunt filij, seu nepotes in potestate patris, seu avi paterni, positivis de quibus loquuntur Iura *suijatis*; latiori tamen acceptione, veniunt prius appellatione *suorum*, filij, seu descendentes; etiā sint extra potestatem: quomodo mater dicitur habere filios *suos*; ut optime tradit Guid. PP. in Cons. 133. & alij communiter.

His verò deficientibus, intelliguntur agnati, seu cognati, in gradu propinquiores, & quorum est intestata successio. Paul. de Caſtr. in Cons. 375. n. 4. & Cons. 404. n. 1. lib. 1. & Cons. 180. n. 2. eod. lib. Bald. in Cons. 80. lib. 4. Rube. in Cons. 8. n. 9. Bertran. in Cons. 180. n. 2. & 5. lib. 6. Simon de Præt. de interp. ult. volunt. lib. 3. interp. 2. dub. Solut. 5. n. 42. vers. *suorum* autē, fol. mihi. 238. pag. 2. Cravet. Cons. 22. n. 1. Cels. Hugo. in Cons. 55. n. 4. & Cons. 56. n. 6. Deci. Cons. 253. per tot. Guid. PP. decis. 548. & ibi Ranc. idem in cons. 133. Bened. in c. Raynuntius in verb. uxorem nomine Adalasiā in. 1. p. n. 178. Riminal. lun. inl. qui se patris n. 57. C. unde liber. Mantic. de Coniec. lib. 8. tt. 14. n. 19. Menoc. lib. 4. preſum. 89. n. 1. Æmil. Ferret. Respon. 3. & Respon. 32. Cancer. lib. 1. c. 8. de donat. n. 68. & p. 3. c. 20. de legat. n. 399. Iohan. Philip. in d. Cons. 18. n. 19. Peregr. de fideicom. art. 22. n. 38. Thesau. lib. 2. variar. resol. q. 95. n. 8. unde hēc est cōmuniſſima, ac certiſſima. DD. ſententia. Cūque dicta Marianna remanserit propinquior in gradu dictæ Speranciæ, tempore mortis dicti Franci. Bosc: evidenter sequitur, ex con-

tur, ex consequenti, ad ipsam spectare fideicommissum dicti Iohanniti Bosc.

Tertio confirmantur supradicta ex eo, quod verba Testatoris intelliguntur juxta communem usum loquendi, Tex. in l. liberorum. §. quod tamen Casius delegat. 3. latè Manti. de cōiect. lib. 3. tit. 8. per tot. Simō. de Pret. de interp. ult. uolunt. lib. 1. interp. 1. dub. 3. solut. 11. per tot.

Sed, communi usu loquendi pronomen *Suus* simpliciter, absque adjecto positum, importat & significat illos, qui sunt de parentela: ut latè probant Simon de Pret. Mantic. Iohan. Philip. Thesau. & alij supra citat. & sic vulgo dici solet: *Qui sembla als seus, no fa tort a nigu*; & illud: *no sab estar sino entre los seus*, id est inter eos, qui sunt de parentela; ergo. etc.

Quarto idem confirmatur argumento desumto à verosimili: quod in qualibet materia valet. Cravet. in cons. 298. n. 6. & præcipue in ultimis voluntatibus, Tex. in l. Titius. §. Lucius & ibi Alex. & Iaf. ff. de lib. & posth. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 11. n. 13. Simon de Pret. de interp. libr. 1. interp. 1. dub. 1. Solut. 5. fol. 52. Ex quo deriuatur illud utilissimum iuris principium: *verisimilem mentem Testatoris, esse sequendam*. Tex. in l. cum res in prin. ibi, uel ubi uerisimile sit, Testatorem voluisse ff. delegat. 1. d. §. Lucius Titius, latè Cancer. p. 1. c. 1. de subst. n. 30. Sed verisimile est, dictū Iohannitum Bosc, in vocatione dictæ Speranciæ, & *suorum*, non intellexisse de heredibus extraneis; sed de illis qui essent illi in gradu propinquiores. Quod ex eo convincit; quia verisimilius est, Testatorem propesiorem affectionem habuisse, & magis dilexisse propinquiores in gradu dictæ Speranciæ; quam heredes extraneos ipsius. Tradit latè Simō de Pret. eod. tract. interp. 1. dub. 2. Sol. 3. per tot. præsertim n. 3. fol. 57. Patet, quia dicti propinquiores, vel actu erant; vel futuri erant consanguinitatis gradu adstricti cum dicto Testatore. Dicta enim Marianna erat neptis ex fratre dicti Testatoris, & contingere facile potuit, ut heredes scripti dictæ Speranciæ essent inimici dicti Iohanniti Bosc Testatoris: qui procul dubio censemur exclusi à successione Testatoris. Quod adeò verū est; vt si concessa sit à Testatore libera eligendi facultas; non possit inimicus Testatoris eligi. Tex. in l. Lucius Titius. §. Lucius Titius. Daman. el 2. de lege. 2. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. c. 5. n. 8. Quis ergo credere poterit, dictum Iohannitum Bosc, hos inimicos vocasse: & non sibi coniunctos arctiori gradu consanguinitatis? Hoc enim verosimile non est: cū Testator præsumatur maiorem gerere affectionem erga propinquiore in gradu. Tex. in l. 3. §. si duo. ff. de legit. tutel. §. si plures inst. de legit. agnat. successio. Verba enim Testatoris, debent interpretari secundum quod ratio naturalis, & necessitudo sanguinis dictat. Bald. in l. Lucius ultim. ff. de hered. inst. Curt. Sen. in cons. 51. col. 5. verb. corroborantur. Simō de Pret. de interp. lib. 1. interp. 2. dub. 2. solut. 5. fol. 6. 2. per tot. præser- tim n. 17.

Quinto, vivente dicto Franci. Bosc, nullum Ius in esse deductum & formatum cōpetebat dictæ Speranciæ in bonis dicti Iohanniti Bosch: ergo moriens ipsa ante dictum Franciscum, de eis disponere non potuit: ut ex se patet. Nemo enim potest plus juris in aliud transferre, quam ipse ha-

beat, juri

beat; juribus vulgatis. Cū ergo nullum Ius habuerit dicta Sperancia ad dicta bona; non potuit ea transferre ad dictū Franciscū Bosc, heredē suū.

Ex quibus aperte concludimus, fidei commissum Iohanniti Bosc, spectare ad dictam Mariannam Aleñana: & sic, in eius favorem esse frēndā Sententiam; declarando, ei tradenda fore, & esse, bona que fuerunt dicti Iohanniti Bosc.

Nec obstant Argumenta in oppositum adducta. Primum quidem non obstat, quia licet verum sit, causam intestati cessare, ubi adest causa testati: procedit tamen, quando agitur de hereditate & bonis testatis: secus vero, quando agitur de hereditate & bonis alterius: circa quam est sequēda eius dispositio, & voluntas; veluti in hoc casu: in quo non agitur de hereditate, & bonis dictę Speranciæ: sed de hereditate & bonis Iohanniti Bosc. Ergo istius voluntas, ac dispositio est sequenda: que est, ut decedentibus, herede, & substitutis, sine liberis; veniant *Sui*, dictę Speranciæ: & appellatione *Suorum* veniunt propinquiores, quibus intestata successio debetur: ut supra latè fuit probatum; & sic, non est attendenda causa Testati dictę Speranciæ, que disponere non potuit de dicto fideicommisso, ut supra fuit dictum. Nec officit, aliquando appellatione, *Suorum*, venire heredes extraneos: quia intelligitur, quando pronomē *Suus*, ponitur cum adjecto: scilicet, quando dicitur: & *Suos heredes*, vel quando sumus in contractibus; secus, quando in ultimis voluntatibus ponitur sine adjecto, & simpliciter: prout in nostro casu: in quo Testator vocat dictam Speranciam, & *suos*: quo casu, juxta communissimam D.D. sententiam, appellatione *suorum* veniunt illi quibus debetur intestata successio, ut supra ex pluribus fuit probatum. Ergo etc.

Ad secundum Respondens, nullus esse considerationis, objectionē rei judicatæ: ex eo quod Sententia prædicta nō potest habere auctoritatē rei judicatæ, ex multis quæ deprehenduntur ex actis causæ, ac motivis eiusdem Sententia, ut ex statim sequentibus fieri manifestum.

Primo, quia Franciscus Bosc, causam, & item, in qua lata fuit prædicta Sententia, incepit, ac prosequutus fuit, iuxta dispositionem l. diffamari C. de ingen. manu. & prætextu jactantiae, quia dicebat, Marianna Bosc, & Aleñana, Franciscum Cañissar, & alios litis confortes, jactasse, ad se ipsos competere fideicommissum Iohanniti Bosc, tamquā, *suos* Speranciæ Garau: cuius heredes fuissent, si ipsa ab intestato decessisset: cū revera competeteret ipsi Francisco heredi ex Testamento dictæ Speranciæ. Et sic, petijt quatenus intra tres dies dicentes, ac deducerent, qua de causa ad ipsos dictum fideicommissum spectaret: aliás, ipsis imponeretur silentium perpetuum: ut patet in petitione dictę causę à fol. 1. & per totum Processum. Sed, intentans remedium l. diffamari, tenet probare diffamationem & jactantiam, ut tradit Covar. lib. 1. variar. c. 18. n. 3. Anton. Gabr. lib. 2. com. conclus. conc. 6. n. 24. ubi alios plures citat Vr̄sil. in addit. ad Afflīct. decis. 264. n. 2. At in hoc casu, non solum constat de diffamatione, seu jactantia; verū etiam constat, dictam Mariannam, non tejactasse. Ergo, adversus eam non potuit intentari judicium: Ergo Sententia ei non nocet.

B

Secundo

Secundo dissidetur inter. DD. an in terminis. I. diffamari requiratur bina monitio adversus diffamantem : an verò sufficiat unica ; ut est videlicet apud Anton. Gabri. cit. n. 21. Affl. d. decis. 264. n. 3. Nicol. Boer. decis. 255. n. 10. vers. nota quod antequam ubi tenet requiri binam monitionem. Catell. Cota in memori. Verb. Index potest : & hec est communis opinio, ut ait Gabri. cit. n. 22. & licet Ludovic. Roman. in l. quamdiu la. 3. ff. de acquirent. teneat, unicam sufficere monitionem ; quem aliqui sequuntur: Tamen in hoc casu, ex quo Franciscus Bosc sub. 17. die Augusti. 1611. presentavit schedulam, de qua in orig. fol. 18. in qua ait, constare de jactantia Franci. Cañissar, Petri Antonij Segui, & Simonis Ballester, pretenditum, ad se ipsos spectare fidei commissum Iohanniti Bosc, cum illud ad se spectet, & sua interesse circa hec jus dici : ideo petit, attento quod constat de dicta lactantia ; & lumen in casu, in quo quis agere compellitur, dictis jactantibus secundum juris dispositionem & alias, tempus præfigi, & constitui, intra quod doceant de dictis pretensis Iuribus; quo Tempore elapo, diffinitiva Sent. mediante, illis perpetuum silentium imponatur etc. Fuit intimata hæc schedula Franci. Cañissar & Petro Antonio Segui; & non Marianne Aleña, nec Simoni Ballester: quod probatur ex eo quia non reperit in actis continuatum ; juxta egregiam decisionem tex. in l. ultim. C. de reb. cred. Bart. & alij in l. lege. ff. de contra. emptio. Bald. in l. si contra. C. de appellat. & in. C. quoniam contra, ubi alij de probat. Mascard. concl. 1004. n. 14. Ergo nocere ei non debet dicta Sententia: cum ipsem Franciscus Bosc binas monitiones facere elegerit, ut in schedula patet; quas, dictæ Marianna non fecit: ut ex dictis constat: ergo etc.

Sed dices, ideo non intimata hanc schedulam dictæ Marianna, quia ex parte eius jam fuerat lis contestata, seu oblata petitio, & non ex parte aliorum. Respondeatur Primo, petitionem ac schedulas presentatas per assertos Procuratores dictæ Marianna, nullius esse considerationis: quia in Processu non constat de mandato ; & sic est, ac si oblate non fuissent. 2. neque etiam ex parte Simonis Ballester fuerat aliquid dictum in processu, & fuit in dicta schedula nominatus, & tamen non fuit ei intimata: unde non obstat objectio.

Tertio licet controversum sit inter. DD. An, pro jure de futuro institui Iudicium possit; nam & si affirmativè teneant Suar. alleg. 4. Covar. lib. 1. variar. c. 18. n. 8. Servan. deprim. Hispan. Primo. c. 28. Caval. de usuf. nulli. n. 194. Negativam tamen sententiam tenent idem Suar. alleg. 3. Arias, Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. p. n. 78. ubi ait, ita esse pronunciatum per Doctissimos viros, Anton. Gom. in l. 40. Tauri. n. 70. Menoc. de success. creat. §. 6. n. 46. Padilla. in l. 1. C. de fideicom. n. 31. Boer. decis. 154. Marzar. in epit. fidei. 3. p. q. 61. ubi refert ita Iudicatum esse, veriorem, ac probabiliorem asserit hanc esse opinionem Ludovic. Molin. de Primog. lib. 3. c. 14. n. 17. Peregrin. de fideicom. art 41. à n. 4. ubi ait, Sententiam affirmativam locum habere posse in octo casibus, per eum adductis; & in sexto casu ait, Sexto concedenda esset actio, cum possessor diffamaret de non Iure fideicommissarij, tunc enim ad declarationem

Iuris

<sup>4</sup>  
Iuris sui aduersus diffamatorem suorum remedium esset ex remedio l. diffamari. & sic procedit doctrina Covar. in d. c. 18. sed adverte inquit, quia Doctrina iste loquuntur in in reo diffamato, ut aduersus auctorem diffamatorem ex remedio illius legis agere possit; sed non reperitur è contrà, ut reo diffamante possit auctor Ius suum conditionale deducere, & sic tenendum puto. Et ille casus ultimus est casus noster, non. n. potuit dictus Franciscus Bosc, possessor dicti fideicommissi, compellere ad agendum futuros fideicommissarios pro Iure de futuro: quod erat incertum, cui competenter tempore quo decederet dictus Franci. Bosc, & forsitan judicium ex post facto redderetur inane & frustratorum: à quo lex abhorret. Textus notabilis in l. litigatores §. fin. ff. dñecep. atti. Ludovic. Molin. cit. n. 23. doctissime concludit; legem, diffamari, procedere pro jure de praesenti; non tamen super Iure de futuro. Quid tandem, si res est controversia, an quis sciens, & volens possit agere pro Iure de futuro? Et verior, ac probabilius videtur sententia negativa; ut supra fuit dictum. Quid ergo dicendum erit, ut quis compellatur agere pro Iure defuturo incerto, quod forsitan non competit tempore eventus conditionis? In hoc casu, absque dubio omnes affirment, compelli non posse; quia esset maximum onus, & gravamen, compellere aliquem ad instituendum judicium incertum, & quod forsitan erit inane, cum maximis expensis, & laboribus si ustrâ impensis. Concludimus ergo, non potuisse dictum Franciscum Bosc cogere dictam Marianam Aleña, & alios litis consortes, ad agendum pro dicto fidei commisso, conditionali, & incerto; & per consequens, dicta Sententia, non potest habere auctoritatem rei iudicatae aduersus dictam Marianam Aleña.

Quarto: Dato (nō vero, immo expressè negato) quod dictus Franciscus Bosc recte, ac Iure optimo movisset dicta causam, servassetq; omnia requisita, in judicio l. diffamari, nihilominus dicta Sententia non potest habere auctoritatem rei iudicatae contra dictam Marianam; quia nec Dominicus Aleña ejus maritus, nec Ioannotus Marti pro ea, & eius nomine comparentes, ullum habuerunt mandatum. Quod patet, quia non reperitur inter acta Processus. Comparentes enim non habuisse mandatum, ex eo probatur, si in Processu non appareret mandatum. Hoc enim modo censetur probata negativa, per Tex. in l. fi. c. de reb. cred. & tradit Vant. de nullit. tt. de nullitat. ex defectu inhabil. seu mandat. n. 62. Mascard. conclus. 1004. n. 14. quod magis procedit in nostro casu: cum in actis Processus non fiat mentio de mandato. Mascard. cit. n. 15. sed. Sententia lata cum falso Procuratore, seu cum eo qui non haberet mandatum; est omnino nulla, de qua nullitate potest quandcumque opponi. Tex. expressus in l. licet. C. de Procurat. ibi; si tamen falsus Procurator inveniatur, nec dici controversie solent; nec potest esse judicium; & in c. In nostra præsentia, de Procurat. ibi: attendentes etiam, quod falsi Procuratoris exceptio non solum ante Sententiam, verum etiam postea potest obici, utpote qua probata, judicium nullum, & nullius momenti controversie reputantur. Late Vant. cit. à n. 59. Cavalcan. decis. 24. n. 15. in. 3. tom. diverso. quod est certum, & ab omnibus approbatum

approbatum. Ergo dicta Sententia absque dubio est nulla respectu dictæ Mariannæ: licet tenere posset, respectu aliorum: ut bené resolvit Canc. p. 3. c. 17. n. 322. Rot. Roman. per Farinac. decis. 109. in princip. & sic non obstat dictæ Mariannæ: de qua nullitate, quemadmodum & de alijs, opposuit dicta Marianna Aleña in hac causa, per modum exceptionis, & sic incidenter: quod potest, ut late resolvit Vant. cit. tt. quot & quibus modis nulli in judic. proponi n. 20. ergo. ett.

Sed dices, licet mandatum Dominicæ Aleñæ non fuerit in Processu dictæ causæ productum, & exaratum: illud tamen revera habebat ab ipsa Marianna Aleña, uxore sua: quod fuit in hac causa productum, & præsentatum, ut in orig. fol. 160. & ex consequenti, sustinentur acta Processus, & Sententia supra dicta, Rot. Roman. in antiquis tt. de Procurator. decis. 19. Put. decis. 83. n. 2. Aymon. Gravet. Conf. 108. Seraphin. decis. 1261. n. 1. Respondeatur Primo, dici posse, non improbabiliter, id procedere, quando postea constat de mandato, currente adhuc aliqua cause Instantia; secus verò, causa omnino finita: ut in hoc casu.

Secundo respondeatur, id procedere quando expresse constaret quod Dominicus Aleña obtulisset, & præsentasset schedulas, & scripturas in dicta causa, nomine uxoris sue; quod tamen non constat: nec probatur per relationem factam ab Scriba cause, dicente: Schedula oblata per Dominicum Aleña etc. quia (ut probatum fuit in Processu) plures preterrant Scripturæ & schedulæ, quæ referuntur oblatæ per Titium (verbi gratia) & tamen Titius ilias non presentavit; sed alius, nomine ipsius. Et confirmatur ex scriptura capitulorum, presentata. 6. Septembris. 1611. & ut ex lectura ipsius colligitur, nomine Mariannæ Bosc viduæ: & tamen per Scriba causæ referuntur sic: ~~Schedula oblata per Titium honorabilem Iohannem Marti~~: & tamen antea dictus Marti non fuerat nominatus, nec aliquid gesserat nomine dictæ Mariannæ; nec familiaritatem habuit cum dicta Marianna: & maxima familiaritate utebat cum francisco Bosc: ergo quemadmodum ista relatio Scribæ cause, fuit perperam facta; satis concludenter infertur scripturas presentatas nomine ipsius, ex causis dictis, & deductis in Processu, in schedula oblata. 8. Octobris. 1618. de qua in orig. fo. 54. quæ confirmantur ex his quæ medio jurament. dixit dicta Marianna Aleña in orig. fol. 169. pag. 2. sibi dixisse Franci. Bosc: Ne timeas, quia in hac causa non agitur contra te: sed contra alios.

Respondeatur tertio, quod licet verum fore, valida, esse Processus acta, gesta per Dominicum Aleña: cùm tamen ipse decesserit, causa nondum finita; nempe. 4. Decembris. 1610. postea comparuit in eadem Causa Iohannotus Marti, nomine dictæ Mariannæ: qui tamen nullum mandatum habuit à dicta Marianna. Ergo semper manet predicta nullitas falsi Procuratoris, & per consequens, ex dicto capite Sententia est nulla.

Quinto, alia deprehendit nullitas Processus, & per consequens, dictæ Sententia; ex eo, quia, & si fateremur, (quod tamen negamus) comparentes nomine dictæ Mariannæ habuisse mandatum, tamen ex quo cum ipsis fuit lis contestata, & fabricatus Processus cum dictis Procuratoribus; intimationes, notifications actorum, ac citationes, eiidem fieri debebant, &

bant; & non dictæ Mariannæ: prout factæ dicuntur: ex quo, nullus est Processus; ut tenet ex multis Marant. in repet. l. si auctor. n. 6. ff. de Procurat. Ab. in. c. 2. n. 17. & Felin. n. 34. de Testib. & ex consequenti Sent. est nulla. Felin. cit. n. 35. & alij supr. cit. Nicol. Boer. decis. 285. n. 1. Procurator enim, post item contestam, est dominus litis & instantiæ. Tex. in l. Procuratoribus, & in l. nulla. C. de Procurat. & ideo citandum esse Procuratorem, & non dominum, tenent. DD. cit. & hanc esse omnium opinionem, nemine discrepante, asserit Boer. cit. n. 5. ibi, sed in precedenti casu. unde, cùm in Processu, super quo fuit lata Sententia, aliquæ positiones & schedulæ oblatæ pro parte Franci. Bosc, non fuerint intimatæ dictis assertis Procuratoribus, sed ipsi Mariannæ: ut ibi continuat ergo Processus est nullus: & per consequens, Sententia.

Sexto, dicitur nulla, dicta Sententia; tū ex eo quia plures positiones ac schedulæ dicti Franci. Bosc, & aliorum, non fuerunt intimatæ dictæ Mariannæ Aleña, ut est videre in originali illius causæ in schedula Franci. Bosc oblata. 5. Augusti. 1611. qua petiit iterum Testes publicari, quæ non fuit intimata dictæ Mariannæ in orig. fol. 12. pag. 2. ac in schedula Franci. Cañissar, & in schedula Franci. Bosc. 17. Augusti. 1611. fol. 18. & 17. Augusti, fol. 19. & 3. Septembris eiusdem anni fol. 22. quæ quidem schedulæ sunt maximi momenti; & non fuerunt intimatæ dictæ Mariannæ. Probatur, quia non reperitur in Processu continuatum, nec relatum ab Scriba cause, ex quo hæc negativa probatur, ut supra ex l. fin. C. de reb. creditis fuit probatum. Et alij intimationes seu citationes non fuerunt ei factæ, nisi ad summum duæ vel tres, pro ut ipsa medio Iuramento firmavit, vt constat in Processu fol. 169. ibi, & die 8. mensis Iulij. & in schedula ibi tradita, cui magis standum est, quam relationi virgariorum; Specula. tt. de citatione Iohan. Faber. in l. ea quidem C. de accusatio. Menoc. de Arbi. cas. 112. Triaquel. de retract. confang. §. 8. glos. 9. n. 9. & n. 31. Mascard. conclus. 189. n. 11. & conclus. 291. n. 19. & conclus. 1115. quod magis procedit in hoc nostro casu, in quo constat ex depositionibus Testium, Mariannæ Fullana fol. 106. Iohannæ Benajam fol. 107. & Mariannæ Aleña domicellæ fol. 107. pag. 2. sup. 7. Articulo, non fuisse factas plures intimationes dictæ Mariannæ Bosc & Aleña. Nam si factæ fuissent, proculdubio vidissent frequentari virgarios ad domum dictæ Mariannæ, quod tamen non videbant. Tum etiam confirmatur ex quo dicti virgarij, cùm fuerint presentati in Testes pro parte Agnetis Cabrera & Bosc, & interrogati in qua domo fecerunt dictas Intimationes, asserunt se nescire, non recordari, etc. ita testatur Iacobus Albanell fol. 152. ibi, per haver tant de tems; Antonius Ferragut fol. 153. pag. 2. ibi, Io dit Testimoni. Tum etiam asserunt, sepius tradidisse syngraphas breviores, sive Tillets, famulis, seu famulibus, ut patet in Processu, antiquo: & tamen constat ex testibus pro parte dictæ Mariannæ examinatis, eam nullum habuisse famulum, nec famulam; & ut constat ex depositionibus Mariannæ Fullana fol. 107. sup. 9. Mariannæ Aleña fol. 108. sup. 9. Fran. Ballestera fol. 112. sup. 9. solum habuit Mariannæ Aleñana domicellam: & tamen hæc depositus, nullas sibi traditas

traditas fuisse syngraphas breviores, sive Tillets: ut patet in orig. fol. 108. sup. 8. artic. Solum enim fatetur sup. 7. arti. traditos fuisse duos Tillets, quod fatetur dicta Marianna. Et forsitan (ne virgarios condemnemus) illi fuerunt errore decepti, putantes aliquam aliam mulierem in alia domo habitantem, fuisse dictam Mariannam Aleña: quod satis conjicitur ex dicto dicti Albanell, cum in sua depositione fol. 151. pag. 2. dicat *logial* *Tillet doni à un fill de dita Señora.* Et idem repetit interrogatus sup. Interrogatoriis, ibi: *Ia bedit quel doni en se casa à fill.* Quod evidenter est erroneum: cum dicta Marianna Aleña numquam habuerit filium. Seu forsitan etiam, alicui famulo dicti Franci. Bosc tradebant dictas syngraphas breviores, putantes esse famulum dictae Mariannae, ut colligitur ex depositione dicti Iacobi Albanell fol. 152. pag. 2. ibi. *Veng à creure que sava à casa Francesch Bosc,* & tamen huic tradiderant syngraphas breviores, sive Tillets dicti virgarij, quando referunt eos tradidisse famulis. Quod confirmatur ex eo quod sup. fuit probatum, dictam Mariannam nullum habuisse famulum. Ex quibus omnibus probatur, acta dicti Processus esse nulla, & ex consequenti, dicta Sententia. Ergo etc.

Septimo, deducitur ex dicto Processu alia nullitas, ex eo quod assertus Procurator dictae Mariannae tradidit quosdam Articulos sub. 20. mensis Septembris. 1611. in orig. fol. 29. super quibus postulavit juramentum Calumniæ præstari, & iterum postulavit sub pena decé libraru quatenus Franci. Bosc, & alij litigantes præstarentur juramentum Calumniæ sub. 28. eiusdem mensis & anni in orig. fol. 31. quod tamen præstare omiserunt, ut patet in Processu, quem portari, ac Sententiam ferri postulavit dictus Franciscus Bosc. Quælata fuit, non præstito juramento Calumniæ. Ergo est nulla. Quia omissione juramenti Calumniæ, quando fuit petitum ante Sententiam, operatur nullitate Sententia. Tunc pluries Rot. Rom. ut habet in Decis. Rotæ per Farinac. dec. 51. & 52. n. 3. & decis. 1. n. 5. tom. 1. Idem Farina. decis. 149. n. 2. ut 152. tom. 2. Rot. Roma. per Serap. 857. nu. 10. Put. decis. 398. lib. 2. & probatur in Clem. sæpe de juramento. calum. & in c. 1. §. de juram. calum. in 6. & per consequens non obstat intentioni dictæ Mariannæ Aleña.

Octavo, consideratur alia nullitas ex dicta Sent. ex eo quia in ea dicit in primo motivo, attento quod non constat de intentione dicti Francisci Cañissar & Mariannæ Bosc y Aleña, respectivæ agentium etc. & inferius dicitur, imponendum fore & esse silentium dictæ Mariannæ Bosc, & dicto Francisco Cañissar, eo modo quo agunt. etc. & tamen constat expresse dictam Mariannam in dicto Processu non egisse quicquam in causa; supposito pro constanti, nec Dominicum Aleña, nec Iohannotum Marti eius nomine comparentes, ullum habuisse mandatum: cum de eo non constet in toto Processu: & ex alia parte non fuit obliata petitio; nec lis contestata; nec positiones aliquæ oblate ab ipsa Marianna Bosc y Aleña: ut ex processu constat. Ergo probatur efficacissime, ipsam Mariannam in dicta causa non egisse. Ergo Sent. est notorie injusta. Nam notoria injurititia est illa, quæ colligitur præcipue ex iis in quibus judiciū fundat, videlicet in actione, in libello, in litis contestatione, ut late tradunt in c. quoniam contra, & ibi

Decia. n. 151.

6  
Decia. n. 151. Decis. Rot. Roman. novissimatum, per Farinac. decis. 770. n. 8. & decis. 279. n. 4. quando enim Sententia est injusta, non transit in auctoritatē rei judicatæ. Idem Farinac in decis. 719. n. 2. cum ergo non egerit dicta Marianna; non potuit condemnari; prout non fuerunt condemnati Petrus Antonius Segui, & Simo Ballester, eius litis consortes.

Nonò consideratur alia nullitas, in eo, quod secundum communissimam, ac veram sententiam, appellatione *suorum*, simpliciter absque adjecto, in ultimis voluntatibus veniunt succedentes ab intestato; & non heredes extranei ex testamento, ut dictu fuit in 2. fundamento. Sed, in dicta Sententia declaratur, venire heredes ex testamento, etiam extraneos, omissis propinquioribus: ergo est dicta Sententia contra communissimam DD. sententiam; ergo est nulla. Magon. in Deci. Lucen. decis. 62. n. 18. ubi citat Syl. nupt. in Titulo, Quomodo judic. n. 1. & n. 71. Quod si ob id, dicta Sententia non esset nulla; esset tamen presumptivæ iniqua, & injusta: ut late resolvit Corat. de commu. opinio. lib. 3. tt. 12. inspect. 3. n. 9. cum plurib. seq. quem ad hoc citat Fabia. Tineus de Bozarinis in 1. deci. 62. lit. G. Sed, Sententia injusta, non transit in auctoritatem rei judicatæ, tex. in. l. si expressim in prin. ff. de appella. in l. 2. c. quando provocar. non est necel. DD. in l. 4. §. condénatū de re judi. Feln. in c. super literis. n. 15. de recip. Rota Roma. diuerlo. p. 3. deci. 427. n. 2. Farin. in deci. 49. n. 5. Cancer. in tract. vari. reco. p. 2. c. 15. n. 54. & p. 3. c. 17. n. 50. Manti. in deci. Rotæ Roma. deci. 7. n. 5. Ergo non debet obstat dicta Sententia.

Decimò, quāuis supra dicta non procederet ut verè procedūt nihilominus non obstat dicta Sententia; quia, ex quo dicta Marianna fuit admissa, in hac causa, ad prosecutionem justitiae suæ actionis acjuris: potest ferri Sententia contra Sententiam, et si transiverit in rem iudicatæ; ut ex pluribus probat Mascard. de probat. conclus. 1325. n. 4. Ofasc. decis. 1. n. 49. Barsi. decis. 154. n. 9. Anton. Gab. lib. 2. commu. conclus. tt. de excep. con. 1. n. 12. Late Feln. in c. inter monasteriū, de re iudic. Et quamvis sit opposita exceptio rei judicatæ, & iudex admiserit probationes partis, & sic permitat adhuc agide meritis causæ: si pars non appellat, debet iudex de meritis iustitiae cognoscere; Cancer. variar. resol. p. 3. c. 17. n. 9. & 19. & p. 1. c. 18. n. 37. de excep. Rot. Roman. diverso. p. 3. lib. 1. decis. 114. non obstante ergo prætentia Sententia; est in hac causa pronunciadum in favo rem dictæ Mariannæ Bosc, & Aleña; & per consequens, in favorem dicti Collegij, donatarij eiusdem: ut constat ex instrumento donationis, in Processu exhibito, de quo in origi. fol. & cuius virtute fuit postulatū ex parte Collegij, bona dicti Iohannoti Bosc ad se spectare, ut constat in originali. fol.

### Articulus Secundus.

A D alterum dubium accedendo, an scilicet fideicommisum dicti Iohannoti Bosc spectet ad dictum Collegium, tamquam, *Suum*, Speranciæ Garau, per medium personæ Francisci Bosc, casu quo valida, & justa, esset Sententia, de qua supra differimus;

Videtur

Videtur dicendum, ex hoc capite, nullum jus prætendere posse dictū Collegium; ex tribus præcipue fundamentis.

Primum est, quia, in dicta Sent. (de qua supra) expressè dicitur in hęc verba, hereditatem dicti Iohannoti Bosc, transitoriam esse ad heredes, etiam extraneos; ex quo sequit, Franciscum Bosc liberē dilponere posse de dictis bonis. Ergo nullo vinculo astringebantur bona dicti Iohannoti Bosc: sed libera apud eum remanebant bona eiusdem Iohannoti Bosc. Ergo etc.

Secundo, sępe dictum Collegium Montifision Societatis Iesu, heres institutū est ab eodem Franci. Bosc. Ergo ut heres ipsius, debuisset habere bona dicti Iohannoti Bosc. Sed dictum Collegium depositum penes Curiā hereditatē dicti Franci. Bosc, cui incorporata est hereditas dicti Iohannoti Bosc. Ergo sequitur, jus ad illam prætendere non posse.

Tertio: & quamvis bona dicti Iohannoti Bosc, essent fidei commissio, seu vinculo subiecta; & fuissent per eundem Franciscū Bosc ex parte alienata, seu aliquibus censualibus obligata, ac hypothecata: nihilominus Collegiū nō possit bona alienata recuperare, seu ab hypothecis, & obligationibus liberare. Quia heres non potest factum defuncti impugnare, Tex. in l. cuim à matre C. de rei vindicatione. Pinel. in l. 1. in 3. part. n. 82. versic. Inter secundo. C. de bonis matern. & alij relati per Marzar. in Epit. fidei com. par. 2. q. 46. n. 1. vers. sed Pinel. Ergo. etc.

Histamen on obstantibus, oppositum esse verius existimo: data semper hypothesis validitatis dictæ Sententiae: quam tamē libenter nego. Mo veor sequentibus fundamentis.

Primū fundamentū desumo ab ipsamēt Sententia, in cuius motivis hęc formalia habentur verba: *Quia eius heredes, etiam extranei* (loquitur de heredibus dicti Franci. Bosc.) *censebuntur heredes, sui, dictæ Speranciæ:* & consequenter, *vocati ad dictum fideicommissum.* Que verba, efficacissime probant nostrum intentum, ponderando verba dicti motivi. Et primò, illa: *Quia eius heredes, censebuntur heredes sui dictæ Speranciæ.* Ergo dictū Collegium, tamquam heres institutum ab ipso Franci. Bosc, est Suum dictæ Speranciæ. Sed *Sui, dictæ Speranciæ, vocantur* per eundem Iohannotum Bosc ad eius bona, decedente Francisco Bosc sine liberis, (quod evénit) Ergo dictum Collegium vocatum reperitur ad vinculum dicti Iohannoti Bosc. Deinde, sequentia verba dictæ Sententiae probant hoc ipsum intentū, cùm aiunt: *Et consequenter, vocati ad dictum fideicommissum,* Ergo remanet *vocatio ad dictum fideicommissum dicti Iohannoti Bosc.* Non enim extinctum, nec caducum effectum. Ergo ad illud vocatur dictum Collegiū, tamquam Suum dictæ Speranciæ. Que quidē Sententiae verba, disponunt, & habent auctoritatem rei iudicatę; licet habeatur in motivis; ut optime tradit Magon. in decis. Floren. decis. 133. n. 16. Boeri. Decis. 172. n. 25. Et solum hoc fundamentum, desumptum ex dicta Sententia, latis effet ad pronunciandum in favorem Collegij.

Secundo, certum est, vocari per eundem Iohannotū Bosc, Suos, dictæ Speranciæ, post mortem Franci. Bosc, sine liberis. Ergo ipsemēt Franciscus Bosc, non potuit vocari, tamquam Suos, dictæ Speranciæ. Quia ipso vivente, nulla potuit haberi consideratio, Suorum, dictæ Speranciæ: sed tantum

tantum post mortē ipsius sine liberis. Ex quo sequit, quod scribente dicta Sperancia in suo Testamento heredem universalem dictum Franciscum Bosc; nos propterea ipsum effectum fuisse, Suum, dictæ Speranciæ: sed, Collegium: utpote quod heres instituit dictus Franciscus Bosc. Quia heres heredis; est Testatoris heres. l. 3. ff. de petitio. hereditat. l. qui per successiōnem. ff. de leg. Iur. c. final. C. de hered. inflit. & ibi. D.D. & in nostris terminis, Curt. sen. Cons. 82. n. 15. cephal. Cons. 392. & seq. & alij relati per Peregr. de fideicom. art. 33. n. 15. Ergo Collegium predictum, est Suū eiudem Speranciæ: & per consequens, vocatū ad dictum fidei cōmissum dicti Iohannoti Bosc.

Tertio facit, quia dictum Collegium non vocatur ad fideicommissum Iohannoti Bosc per heredis institutionem dicti Franci. Bosc: sed, quia per institutionem ipsius, factum est Collegium, Suum dictæ Speranciæ: & sic vocatur, non tamquam heres dicti Franci. sed, tamquam Suum dictæ Speranciæ. Vnde, heredis Institutio dicti Franci. respectu hereditatis dicti Iohannoti, per accidens est. Nam si dicta Sperancia aliam personam instituit heredem; & hęc persona pariter heres scripsisset Collegium: esset nihilominus Suum dictæ Speranciæ: & per consequens, esset vocatum ad dictū fideicommissum. Sed, id quod est per accidens, non attendit; nec habetur in cōsideratione. Abb. in. Con. 62. n. 8. & 9. ut de jure communi, lib. 2. Ancarra. Con. 37. n. 6. in fo. sed solum id quod est perse; quod, in nostro casu, est *Suitas* dictæ Speranciæ, que conflatur primarie, & per se, ex heredis institutione loquor semper juxta mentem, ac dispositionem Sententiae facta per dictam Speranciam de persona dicti Franci. Bosc, qui heres scripsit dictum Collegium; quod, ex consequenti, est heres dictæ Speranciæ; quia heres heredis, est Testatoris heres, ut sup. probat. Ergo constat evidenter primarie, & per se Collegium predictum, esse, Suum dictæ Speranciæ: & eo ipso, vocatum per dictum Iohannotū Bosc. Ergo ad ipsum spectant bona descripta in Inventario dicti Iohannoti Bosc.

Quarto: Quamvis heredis institutio, facta per dictum Franciscū Bosc in favorem dicti Collegij, videat aliquid influere; ex quo Collegiū videtur habere bona dicti Iohannoti Bosc ex dispositione dicti Franci. & per consequens, teneri ad onera ipsius: nihilominus nullo pacto ad illa tenetur; neque habent̄ bona ab ipso Francisco Bosc: sed à Iohannoto Bosc. Et probatur evidēter. Primo, quia id quod p̄fstitit Frāscus Bosc, respectu huius *Suitatis*, est per accidens; quod non attendit: ut supra fuit dictū. Pr̄ter quā quod, non operatur *Suitatem* ipsius Franci. Bosc, institutio ab eo facta; sed dictæ Speranciæ. 2. & si aliquid influeret in hanc *Suitatem*; non haberent̄ bona ab eo, sed à Iohannoto Bosc. Nam si aliquis instituit fideicommissum electivum; & ultimus possessor eligat aliquē ad fideicommissum: electus, fideicommissum non habet ex dispositione ultimi possessoris elegantis; sed, à primo institutore fideicommissi. Is namque censetur dare, qui alteri committit, ut nomininet, vel eligat: non autem is qui nominat, vel eligit. Tex in l. vnū ex familia, in princ. & §. siue falsid. ff. delegat. 2. ubi late. D D. peracta in l. cū quidam eod tit. n. 1. Ludovic. Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. c. 4 n. 5. & 6. Peregr. art. 33. n. 57. vnde, quamvis

D dictum

dictum Collegium, per medium institutionem heredis dicti Franci. Bosc, fuerit factum *Suum* dictae Speranciae: non capit hereditatem ab ipso Fran. sed a Iohannoto Bosc, institutore dicti fideicomissi. Ergo condemnatus est curator depositarius hereditatis s<sup>e</sup>pe dicti Franci. Bosc, ad restituendam hereditatem Iohannoti Bosc, dicto Collegio.

Quinto: confirmantur supra dicta, & singamus dictam Speranciam *Suum* heredem universalem scriptis Titum; & Titum, vivente dicto Francisco Bosc, in suo Testamento instituisse Collegium, cuius hereditate adverit cū beneficio Inventarij postea decesserit Franciscus Bosc absque liberis (quo in casu, vocaretur Collegium tamquam, *Suum*, dicta Speranciae; ut in dicta Sent. dicit) clatum & expeditum est, quod tunc, ad ipsum spectaret hereditas dicti Iohannoti Bosc, nullo habito respectu ad debita, & onera dicti Titij. Et ratio est manifesta: quia Titius non habuit hereditatem dicti Iohannoti Bosc; quia adhuc vivebat dictus Franciscus Bosc. Vnde, illam nō potuit alteri obligare; cūm ad se non spectaret, vivente dicto Francisco Bosc: quin immō, nec ad debita dictae Speranciae teneret. ut recte concludit in nostris terminis Guid. in cons. 133. in fi. ergo nec tenebitur Collegium ad onera dicti Franci. Bosc. Et confirmatur. Nam dum ipse vivebat, possidebat bona dicti Iohannoti Bosc ex institutione eiusdem Iohannoti Bosc obnoxia fideicomisso, in favorem, *Suum*, dictae Speranciae; & nō virtute Testamenti dictae Speranciae. Sed, bona fiduciocomisso subjecta, non possunt alienari; nec hypothecae subjici, nisi pro tempore vite heredis gravati sub conditione. Eveniente vero conditione, evanescit alienatio, seu obligatio hypothecae. Tex in l. servo legato §. si Testator. ff. de legat. i. in l. si heres institutus. §. i. ff. ad Trebel. in l. fi. §. fin autē sub conditione. C. communia, de legat. Paul. de Cast. in Cons. 370. lib. 2. Alex. in Cons. 65. vol. 5. Peregr. aa. 40. n. 7. vers. idcirco gravatus. Cūmque evenierit conditio, scilicet, quod dictus Franciscus Bosc, & ceteri substituti, decesserint absque liberis, et per consequens fuerit locus vocationi, *Suum*, dictae Speranciae: evanescut prorsus alienationes, & hypothecae dicti Francisci Bosc heredis gravati, respectu bonorum hereditatis dicti Iohannoti Bosc. Ergo ad onera dicti Franci. Bosc non tenebitur predictum Collegium.

Sexto: Confirmantur expressè proximè dicta, si consideremus certum & indubitatum esse, dictam Speraciam, dum vivebat, de bonis dicti Iohannoti Bosc non potuisse disponere; nec illa transmittere, nec alteri obligare, seu hypothecare, vivente dicto Francisco Bosc, herede sub conditione, si sine liberis, gravato. Tex. in l. 1. §. Si autem sub conditione. C. de cadu. tollen, in l. intercidit. & l. dies incertus, & l. heres meus. fl. de cond. & demonst. & ubique D.D. Peregrin. art. 22. n. 4. & in nostris terminis, Guido. PP. d. con. 155. in fi. Ergo, neque dictus Franciscus Bosc, de dictis bonis potuit disponere, ex vi ac Iure institutionis heridis de eo facte ab ipsa Sperancia; cum nemo posset plus juris in alium transferre, quam ipse habet, iuribus vulgatis: neque ex Iure quod sibi competebat ex dispositione Testameti dicti Iohannoti Bosc: quia illud erat sub gravamine ac fideicomisso, deposito in favorem, *Suum*, dictae Speranciae, ut sup. fuit probatum. Ergo nullo modo potuit de dictis bonis disponere in damnū

dictorum

dictorum, *Suum*, dictae Speranciae, ergo etc.

Septimo: casu negato, quod Collegium haberet aliquam qualitatem hereditariam ab ipso Francisco Bosc, respectu hereditatis Iohannoti Bosc; non teneret tamen ad onera dicti Franci. Bosc; cum dictum Collegium, hereditatem Francisci Bosc adiverit mediante Inventario solemniter confecto. Vnde, potest absque dubio deponere hereditatem, ac separationem bonorum petere, ac creditoribus satisfieri de bonis hereditatis Francisci Bosc postulare; ut expresse determinavit Alex. Cons. 124. col. 3. vol. 4. Deci. Cons. 185. col. 4. in vers. ad abundantē, & in Cons. 445. n. 55 Rube. Alex. in Cons. 84. & Cons. 164. Ruin. Cons. 174. in ult. verbis, vol. 2. Hieron. Gabri. Cons. 125. n. 12. Cacheran. in Deci. Pedemont. Decis. 68. Peregr. art. 32. n. 24. vers. contraria opinio. Et licet oppositū teneat Rolan. a vall. in Cons. 44. vol. 3. & in Tract. de Inventario in 4. par. in c. numquid heres; tamen nostra opinio cōmuniōr est, & verissima: & ratio est manifesta, quia bona dicti Iohannoti Bosc, nō sunt simpliciter hereditaria ex hereditate Francisci Bosc, sed secundū quid tantū; ut tradit Peregri. cit. Quid dico? nec secundū quid, respectu Francisci Bosc, sed solū respectu Speranciae Garau. Per accidens enim est institutio heridis facta, per dictum Franciscū Bosc respectu *Suitatis*, de qua loquimur. Vnde in terminis nostris nulla potest cōsiderari difficultas, ex eo quia qualitas ista hereditaria non requiritur, nec haberi debet ab ipso Francisco Bosc, sed ab ipso Sperancia Garau; ut illius qualitate hereditaria mediante, heres *Suum*, mediatus, seu immediatus, fiat *Suum*, dictae Speranciae, & per consequens vocatus ad dictum fideicomissum. Ergo sequitur manifestē, dictū Collegium obligari non posse ad onera dicti Franci. Bosc.

Vltimo, si aliquid obesse posset huic nostrę resolutioni, esset, quod, quomodocumque sit, ista qualitas *Suitatis*, de qua loquimur, habita fuit per medium heredis Institutionis facta per dictum Franciscum Bosc in favorem dicti Collegij; undevidetur sequi, quod Collegium necessario teneatur ad debita dicti Francisci. Bosc: nec possit petere separationem bonorum, juxta dispositionem tex. in d. l. cum à matre, & ea quæ. D.D. ibi declarant; sed tamen, hæc nullo modo obstant. Primo, quia hæc qualitas hereditaria, mediante qua efficitur hæc *Suitas*, de qua loquimur; nō consideratur respectu Francisci Bosc, sed respectu dictæ Speranciae. *Sui*, enim Francisci Bosc, non vocatur a Iohannoto Bosc, sed *Sui*, dictæ Speranciae. Ergo. *Sui*, dictæ Speranciae, non sunt obnoxij oneribus dicti Fraci. Et quamvis dicta Sperancia heredem fecerit dictum Franciscū Bosc: ipse dum vixit, *Suum*, esse non potuit, respectu Vinculi dicti Iohannoti Bosc quia dicti *Sui*, vocabantur, casu quo ipse Franciscus decederet absque liberis. *Suum*, Ergo dictæ Speranciae esse debuit, persona, quā instituit dictus, Franciscus Bosc: ex quo sine liberis decessit. Vnde, ipse Franciscus Bosc nō fuit causa efficiens ac p̄cipitalis huiusmodi *Suitatis*; sed veluti instrumentum, & conditio sine qua non; quæ, juxta doctrinam Philosophorum, nō operat: ut ex Arist. docent, Patr. Suares, to. 2. metaph. disp. 17. n. 5. Valsq. tom. 1. in. 1. 2. D. Tho. disp. 33. c. 2. n. 9. Gregor. de Valen. in 4. tom. in 3. p. disp. 1. q. 13. punct. 2. liter. E. Ergo sequitur, dictam Speranciam operatam

ratam esse hanc *Suitatem*: & non dictum Franciscū Bosc: & per consequēs ipsa est, & esse debuit causa efficiens huius *Suitatis*. Illa enim est Causa efficiens, quę facit opus, ut docet Abb. in proēmi. Decret. col. ci. vers. Secundo querit, & hanc causam primam appellat Bald. in Conf. 433. Apulus castrum, col. 2. vers. decimo, arguo. lib. 3. ubi dicit. hanc causam esse principium, quod est potissimum fundamentum. Cardin. Tusc. in conclus. causa quid sit. 134. n. 4. & 5. Secundo (quod urget magis) casu negato, quod hæc qualitas hereditaria haberetur principaliter ex dispositione dicti Francisci Bosc, & ex institutione hereditatis ab ipso factę: nihilominus dictum Collegium ab eodem institutum, teneri non debet ad eius onera ac debita, nisi quatenus ex bonis liberis ipsius ad Collegium pervenirent: secus vero, si nihil perveniat. Quod, est certum & indubitatū. Quæ distinctione fundatur ex reg. l. ex qua persona, & ibi Deci. de reg. Iur. per glos. Bart. & communiter. D D. in l. fin. §. in computatione. C. de Iur. delib. Marzar. in. 2. p. Epit. q. 46. Arias Pinel. in l. 1. p. 3. n. 8. c. de bon. mater. Menoc. in Conf. 125. Andre. de Exea in tract. depact. n. 228. Pute. in decis. 264. p. 3. & alij plures, relati per Peregri. art 33. n. 13. Molin. de primog. lib. 4. c. 1. n. 24. & Rolan. à val. de Inventar. in ultim. p. §. quid si pater vendidit. Francisc. decis. 83. Casanat. in Conf. 34. n. 16. Cabido. in decis. Lusitan. p. 1. decis. 134. octau. Cacheran. Decis. 68. idem Peregri. art. 32 n. 24. & 25. & art. 33. n. 13. quę regula procedit, non solū in herede, verum etiam in herede heredis: ut optime ex multis probat Peregri. in d. art. 33. n. 15. & in nostris terminis Guid. P P. Con. 133. in fin. Ex quibus sequitur, quod, & si verum foret, dictum Collegium principaliter & immediate succedere, tamquam, *Suum* dicti Francisci Bosc, hereditati dicti Iohannoti Bosc: nihilominus, non tene- retur ad onera & debita dicti Francisci: cùm ex eius hereditate nihil penitus remaneat post satisfactionem creditorum. Præfertim cùm ipse multa ex prædicto fideicommissio alienaverit.

Ex quibus omnibus manifestò concluditur, fore pronunciandum in favorē dicti Collegij: sive ex Iuribus provenientibus ex donatione dictæ Mariannæ Bosc y Aleña: sive ex juribus proprijs: ut supra fuit satis latè dictum.

Non obstant modò in oppositum dicta. Et Primum non obstat: quia illa verba Sententię: *Libere disponere potest de dictis bonis*, intelliguntur respectu instituendi heredem quem vellet; non vero, respectu declarandi caducum & fictum fideicommissum dicti Iohannoti Bosc. Nam expresse in dicta Sententia ex primitur & declaratur, remanere viaculum prædictum in favorem illius qui futurus erat heres dicti Francisci; qui pariter erat futurus *Suum* dictæ Speranciæ: & perconsequens, vocatus ad dictum fideicommissum.

Ad Secundum respondetur, negando consequentiam. Nam Collegium non debet habere bona, ut heres Francisci Bosc: sed, ut *Suum*, dictæ Speranciæ: ut supra sāpe & sepius fuit dictum.

Ad Tertium respondetur, heredem cum beneficio Inventarij, posse petere separationem bonorum; & factum defuncti impugnare, seu credita sua

9

credita sua recuperare, casu quo nihil ex hereditate apud heredem remaneret; ut supra fuit ostentum. Inventarium enim operatur, ne bona confundantur: & Iura heredis conservat. Ergo etc.  
Ex supra dictis merito concludimus, fore, & esse pronunciandam Sententiam in favorem dicti Collegij; condemnando nobilem Don Iohannem Fortezza, Curatorem depositarium hereditatis Francisci Bosc; non obstantibus dictis & allegatis per Raphaëlem Cabrér, Procuratorem Agnetis Bosc y Cabrér, & ejus nomine, ad coadjuvandam intentionem & partes dicti Curatoris. Rejectis quoque articulis, ac prætensionibus Francisci Cañissar, tamquam oblatis longe extra omne tempus probatorum, juxta Pragmaticam; ac tamquam impertinentibus, & irrelevantibus. Nam ex iis, quae in dictis articulis ille ponit; cernitur evidenter, nullum jus sibi competere in dicto fideicommisso dicti Iohannoti Bosc. Siquidem ipse ponit in dictis articulis, Mariannam Bosc y Aleña (cujus iura cessa habet dictum Collegium). ~~et neptem ex fratre Speranciæ Garau: & ipsum Franciscum Cañissar esse filium neptis ex eodem fratre dictæ Speranciæ, Garau: & sic, uno gradu remotiorem à dicta Sperancia. Vnde sequitur evidenter, quod ipse Franciscus Cañissar, nullum jus habet in dicto Fideicommisso. Nam, licet, in successione ab intesto alicujus fratris, succedat fratres simul cum filiis alterius fratris, seu sororis, prædefuncti in stirpes, & non in capita. Tex. expressus in Auth. cessante. c. de suis & legitimis heredi. quod apud omnes est receptissimum, & absque cōtroversia: ut docet Covar. de succe. ab intesta n. 7. conclu. 8. neque aliquis contradicit, ut tradit Beci. con. 16. n. 1. Mich. Cras. §. successio ab intest. q. 3. n. 30. tamē, in ulterioribus transversalibus non habet locum ut filii subintrent in locum parentis: sed vocantur solū qui sunt in gradu propinquiores. gl. in. Auth. post fratres. C. de legit. heredi. & in hoc omnes convenient, ut tradit Mich. Cras. cit. q. 33. n. 1. & q. 31. in. si. Sequitur ergo manifesté, quod dictus Franciscus Cañissar, tamquam filius neptis dictæ Speranciæ, non possit succedere: cum dicta Marianna Bosc y Aleñana sit neptis ex fratre ejusdem Speranciæ; & sic, uno gradu ei propinquior. Sequitur ergo, fore & esse illi imponendū silentium. Maximē, cùm Sententia (de qua supra) ejus respectu habeat auctoritatem rei iudicatae: ut supra fuit dictum. Et tamquam temere litigans, absque ullo juris colore; debet in expensas condemnari. Ita juris esse censeo: salvo etc.~~

*Johannes Fortezza. I.V.D.*

Digitized by srujanika@gmail.com





